



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

35. De secunda vespera sancti Stephanii

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

dominalibus psalmis assumat : tria ve-
rò ultima & matutinales laudes cum fe-
rialibus psalmis sabbatho concedat . Ad
Missam omnia de vigilia , sed festiuè cù
5 Alleluya veni.

De Natali Domini,

C A P . XXXIIII.

I N natale Domini finito nono respó-
10 torio, Euangelium Liber generationis le-
gitur. Deinde Te Deum laudamus, cum
pulsatione signorum dicitur; sicque fini-
tis nocturnalibus vigilijs Missa, Dominus
dixit, ante matutinales laudes, cum: Be-
15 nedicamus domino, non cum : Ite missa
est, completur : ne populo quasi licétiam
abeundi infra matutinales laudes dedisse
videamur, quas statim post Missam iterū
concrepantibus signis incipere solemus.

20

De secunda vespera sancti Stephani.

C A P . XXXV.

O M N E S authentici antiphonarij se-
cundam vesperam sancto Stephano con-
25 cedunt ex integro. vnde & reliquis festi-
uitatibus per annum hoc exemplo secun-
dam vesperam ex toto cōcedimus , etiā si

F 5 maior

Cur in Missa
prima non , Ite
Missa est, sed, be-
nedicamus do-
mino, decante-
tur.

maiōr festiuitas subsequitur. Non enim congruum est, vt psalmos vespertinales tantummodo praecedenti festo, reliqua

Regula cōmu-
nis de secundis
vesperis singu-
lorum festiuita-
rum.

verò subsequenti tribuamus. Nam sāndi Patres nullum nobis inde exemplum re-
liquerūt, qui potissimum nos concordia officiorum singulari diligētia seruare do-
cuerunt. Summa tamen festiuitas siquandio minorem subsequitur, secundam ve-
speram prioris festi ex toto sibi non incō-
gruē vendicabit, vt octaua Domini secū-
dam vesperam sancti Sylvestri. Vesperam quidē de quolibet festo vniiformiter per-
ficiimus, deindē alterius festi, si necesse
fuerit, post Benedicamus Domino, me-
moriā facimus, vt de sancto Stephano,
& de sancto Iohanne obseruamus.

De Innocentibus,

C A P. XXXVI.

20
IN nativitate Innocentium Gloria in excelsis & Alleluya secundum ordinem reticemus. Item, Te Deum laudamus, & Ite missa est, quæ cum Gloria in excelsis Romano more solent admitti vel præter-
25
mitti. Hæc, inquam, omnia omittuntur, nisi Dominica fuerit; Gloria patri verò nun-